



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. XXXII. Bonon. fideicommissi de Mozzarinis. De eadem materia, An  
sub nomine masculorum cognatorum veniant solùm masculi per  
masculum, seu per unicum medium fœmininum, vel etiam omnes per  
plura ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

Quatenus verò pertinet ad dictas auctoritates *Aretini & Rustici*, de hoc si curdo dicebam nullam habendam esse rationem, cum sit simplex relator  
*Aretini*, nullatenus examinando articulum, ideoque nullam auctoritatem facere videtur, ut adver-  
*tunt Menoch. conf. 354. num. 25. & Cyriac. contror. 30.  
 num. 3. & alii. Et quoad primam *Aretinus* loquitur dubitative non figendo pedes cum verbo forte; Contrarium verò ex professo substinet *Capra dicto conf. 18.*, & sentire etiam videtur *Soccin. con. 69. lib. 3.**

Et magis ad rem, *Aretinus* loquitur in casu quo testator disposeret cum ejus filiis, & descendantibus masculis, ibi, *quid si testator dicat, si filius meus decedat sine filiis masculis*, deindeq; transitus faceret ad substitucionem extranei, non cogitando ad superexistentiam sacerdotum ultimi de genere prius vocato vel filiorum & descendantium masculorum ex eis, itaut iste casus remaneat omisus ac à testatore non cogitatus, undè propterea recte in eo intrat dictarum legum suppletio, quod ad rem facere non videbatur, dum iste dici non poterat casus omisus; Et quamvis nimium urgeret dicta ratio absurdum vel inverisimilitudinis, attamen vel illa in omnibus casibus parimenter recipienda, vel in omnibus re-  
*jicienda* est, sed dicta diversimoda iudicatura in eisdem casibus eamdem rationem habentibus mihi magnam inferebat difficultatem, ob quam, vel ista, vel dicta alia resolutiones placere non possint, ideoque oporterer in materia uniformem regulam ac veritatem statuere, & sic concludendo, dispositio dictarum l. l. cum avo, & cum acutissimi, vel non sufficit, vel non est necessaria.

Eam tamen differentia rationem solum observabam considerari posse inter istum casum, & prædi-  
*tos in duplice Bonon. de Barberis & Amorini*, ac etiam in *Parmen. fideicommissi de Garziis*, & infra in *Firman. dis. 33.* cum similibus, quod scilicet in eis agebatur de fideicommissaria successione aperta per obitum ultimi de linea seu genere prius vocato absque prole, unde siebat transitus ad alium substitutionis gradum novumque personarum gerus ita qualitate vocatum, ita ut non habentes talēm qualitatem non privarentur jure quæsto sed repellerentur ab assequendo. In praesenti autem agebatur de continuatione bonorum in ea linea, seu genere, in quo jam existunt ac radicata sunt, & sic de privando filios, & descendentes possessoris jure qualito ex defectu dictæ qualitatis, quod est quid longe plus, atque hæc ratio differentia videbatur pro meo iudicio unicum fundamentum, cum quo, citra contradic-  
*tionem cum aliis, hæc ultima resolutio substineri posset;* Verum in alia Bonon. fideicommissi de Cataneis dis. 40. agebatur de ista continuatione, atque de exclu-  
*dendis filiis ac descendantibus ultimi possessoris, qui erant etiam descendentes testatoris ob penitus extraneum, & tamen hoc absurdum curatum non fuit, ideoque jactet quicunque velit agnoscere semitas veritatis, quoniam ego fateor, ob dictas varietates illas esse mihi ignotas, licet varietates magis Tribunalibus connaturales esse videantur, ex iis qua-  
*discurrit Thesaur. in prefat. decis. num. 23. in fine.**

## BONON. FIDEICOMMISSI DE MOZZARINIS.

PRO

FLAMINIO ET AVGUSTINO  
DE COLTELLINIS

CVM

CHRISTOPHORO ET IOANNO  
PHILIPPO DE ASTIS  
ET ALII.

*Responsum pro veritate.*

De eadem materia, An sub nomine malorum cognatorum veniant solum male per masculum seu per medium formum, vel etiam omnes per plura media Defectis aliquibus substitutis sub eodem nomine vocatis, An portio defecta secundata accrescat alii substitutis, vel near libera penes haecdem gravatum, incidenter de aliis punctis remissive.

S V M M A R I V M.

1. *A signatur ratio, quare examinantis causis cadentes sub eisdem articulis, & clausibus.*
2. *Quomodo in hac materia attendi debeantur doctrinae.*
3. *Faci series.*
4. *De punctis sub controversia cadentibus.*
5. *De vulgaris anomalis, seu in fideicommissis.*
6. *De concursu proximioris, & remotioris ad tantum deicommissiarum successionem iusfructu.*
7. *De regula, & limitationibus, an vocatis secundantem masculi per medium formam.*
8. *Examinandi conjectura, ex quibus vocatis non venient illi per medium feminino.*
9. *Diilio ut supra importat repetitionem predictam.*
10. *An portio defecta accrescat alterius substitutus, non quam caduca efficiatur libera.*

DIS C. XXXII.

**S**uperfluitatis nota dignæ censendæ non videtur, tam in ista, quam in quacunque alia materia plures reperita annotationes casuum seu controversiarum sub eisdem articulis & conclusionibus cadentium, id enim ad veritatem indagandam, æquivoca tollenda, nedum congruum, sed nefaria videtur cum enim hodie in foro nullae vigent quæstiones juris apud antiquiores sed voluntæ, in scholis & Academiis tantum auctoritates, quoniam illa opiniones quo magis communes, vel probabiles magnis Tribunalibus videntur, jam receptæ sunt pro regula, alia vero servient pro limitatione, ex diversa testantur contrahentis voluntate ex conjecturis, aliquidque circumstantiis metienda, consequenter omniderunt potius quæstiones facti & applicationis, sed proinde oportunum est in omni materia, prædicta verò in ista ultimarum voluntatum, plures quæstiones fieri potest habere connexos casus, qui primi pectu omnino similes ac plenè identifici, diversiter receperunt determinationes ob aliquam diversi-

facti circumstantiam, ut ita edoceamur, totum pendere ex singulorum casuum particulari ac individua qualitate, nimirumque evidentem errorem esse, in hujusmodi praesertim questionibus, vim constituere in cumulo auctoratum, & quid Rota vel alia Tribunalia in aliis casibus deciderint, vel Consulentes responderint, quamvis supponendum sit juste ac fundate dictum vel responsum fuisse; Stant enim simul, in iis casibus aliquas conjecturas vel circumstantias recte operativas fuisse, in aliis vero, easdem ac maiores non sufficere, vel econtra; Prout plures conclusiones in decisionibus vel consilii deductae illi casui recte congruent, incongruent vero alteri, de quo agatur, ideoque debet quidem iudex, vel consilens doctrinalem partem bene habere, cum notitia decisionum & auctoratum, pro ejus judicio bene regulando juxta magis communes ac receptas propositiones, sed tota ejus pars versatur circa congreuam applicationem ad praesciatis facti speciem cum comparatione casus controversi cum aliis contentis in decisionibus & doctrinis, istas non capiendo per partes, sed totas considerando; Ac etiam congrua est repetita plurium casuum adnotatio, cum singuli quamvis in uno articulo identificati, in aliis tamen diversificare soleant, ut patet ex omnibus qua super hoc speciali articulo vocationis masculorum in tot causis habentur, &c.

In hac vero specie, Dionysius de Mozzarinis, in instituto hærede Thadæo filio legitimato, huic absque filiis decedenti substituit tres fratres de Simoniniis ejus ex sorore nepotes, quo rum ultimo substituit illum ex ipsorum filiis masculis, qui Dionysii nomen haberet, ejusque lineam masculinam, qua defacta successivè de uno in alium cum eodem ordine vocavit omnes alias lineas masculinas eorumdem nepporum usque ad ultimum de illis superstitem, distique lineis defectis, vel non inceptis, vocavit pro dimidia filios & descendentes masculos Ludovici de Altis, & pro altera dimidia filios & descendentes masculos Augustini Coltellini, Vivente autem Thadæo primo hærede, obierunt omnes dicti de Simoniniis absq[ue] prole, necnon obiit dictus Ludovicus superstite unica filia Clara, qua duos habuit filios Christophorum, & Elisabettam, qua filium habuit Ioannem Philippum, ac prædecessit etiam Augustinus, superstitibus de tempore facti casus Flaminio filio, & Augustino juniori ex Francisco altero filio nepote; Hinc sequuta præfati Thadæi morte plura exorta sunt dubia, tam cum hæredi dicti gravati, quam inter præfatos descendentes Ludovici & Augustini, ac etiam inter ipsosmet filium & nepotem Augustini, super quibus ex parte istorum de pluribus pro veritate consultus fui; Primi scilicet an dicto Thadæo legitimato seu ejus hæredi competenter detractione legitimæ; Secundum an per caducationem primi substitutionum gradus sequuntur per prædecessum dicitorum fratrum de Simoniniis educati essent omnes alii sequentes; Tertiò exclusa caducatione, an substitutione prædicta conveniret præfatis Christophoro & Ioanni Philippo descendentibus à Ludovico per unum, ac respectivè duo media feminina; Quartò posito quod dictis masculis mediatis substitutione non conveniret, an ista defecta portio tanquam caducata effecta esset libera ad beneficium hæreditis gravati, vel portus ex beneficio juris accrescendi spectaret ad præfatos de Coltellinis; Et quintò demum super modo succedendi inter istos, An scilicet Augustinus junior æqualem concursum praetendere posset cum Flaminio patruo gradu proximo.

Super primo punto nullum dedi responsum ob non transmissum integrum privilegium legitimationis, postmodum vero de illo disputavi coram A. C. atque de eo habetur actum in sua materia sub tit. de legitima & detractionibus; Super secundo plana fuit responsum super exclusione caducationis ex vulgari in fideicommissio, quam vulgarem anomalam dicimus, per quam corrupto gradu antecedentem, subintret alter, Iqui de secundo efficitur primus ex receptissima theorica Bart. in l. quādū ff. de acquir. hered. juxta plenè deducta per Rotam decif. 201. & 227. par. 8. rec. quæ sunt in materia magistrales sepiissimè in alijs canonizatæ, ut pluries habetur infra hoc eod. tit. super hoc articulo; Et licet ista regula limitetur, ubi constat expresse vel conjecturaliter de voluntate testatoris disponendi per simplicem fideicommissariam ac faciendi ut nostri dicunt fideicommissum graduale ex pariter recepta theor. Angeli in eadem leg. quādū, de qua præsertim insit in Perusina disf. 107. attamen in hac facti specie nullæ videbantur concurrere conjectura hujusmodi voluntatem suadentes, undè regula intrabat de plano.

Prout plana mihi visa est resolutio super concursu ipoforummet de Coltellinis inter sece super remittoris exclusione ob gradus inæqualitatem, dum tam attenta persona gravati quam gravantis, intrare non poterat beneficium representationis, minusque alterum subingressionis competens ex diversitateli-nearum juxta ea, quæ de utroque beneficio habentur supra in Muinen, & Reatina disf. 17. & 18. & in alijs sequentibus.

Quare sola dubitandi ratio cadere videbatur in tertio & quarto quæsito; Et quatenus pertinet ad tertium, an scilicet sub nomine filiorum & descendantium masculorum præfati Ludovici de Altis venirent dicti Christophori nepos ex filia, & Ioannes Philippus pronepos ex Elisabetta dicta filia, constituebam regulam ad favorem prædictorum, spectato solo sexu, & non curato medio ex auctoritatibus & rationibus, de quibus suprà disf. 28. & 29., longas desuper retexendo allegationes quamvis hodie superflues, ad satisfaciendum tamen intipio & confutandum cumulandi doctrinas super receperis ac notorius propositionibus extra tyrocinium præsupponendis, A. etiam constitudo limitationem, de qua ibidè concludebā quod quæstio esset facti & applicationis, quatenus ad istam pertinet, concludebam mihi videri, quod versaremur potius in casu limitationis & in exclusionem præfatorum descendantium per feminas ex pluribus conjecturis & circumstantiis non singulariter, sed unitim attendendis cum confusa regula, ut singula, quæ non profundit &c.

Piùmò scilicet quod testator vocando masculos, non habuerit relationem ad stipitem femininum vocando puta filios & descendentes filiarum vel sororum juxta casus, de quibus in tribus proximè precedentibus Bonon. cum similibus, sed direxit verba in stipitem masculinum Ludovici juxta ea, quæ ponderarunt suprà in Placentina disf. 24. & in Romana de Bubalo disf. 25. cum similibus; Et licet verè id procedat, quando ille masculus qui constituitur stipes descendantia masculina est agnatus, secus si pariter cognatus, ut advertitur in Pistorien. disf. 26. & in alijs, Undè propterea ista conjectura erat nimirum levius parvique facienda nihilominus advertebam adhuc ponderandam esse junctam cum alijs efficacioribus ex dicta regula, ut singula que non profundit &c. quoniam ut adveritur in Bonon. de Volta disf. precedent, & in alijs, etiam inter cognatos aliqua affectio contrahi solet cum eorum familiis testatori cognitis,

cognitis, qua potest non adesse cum aliis sibi ignotis familiis, qua possunt esse ignobles & obscuræ.

Secundò fortiter ponderabam præcedentem dispositionem cum dictis fratribus de Simoninis ex testatoris nepote sororibus, quoniam licet essent etiam cognati, unde propterea intrare eadem ratio, cui innixa est regula, attendendi solum lexum, & non curandi medium, adhuc tamen clara erat voluntas testatoris se restringendi ad eorum lineas masculinas, ac masculos per masculum, neglegens masculis per feminas, ponderando regulam seu propositionem, quod una dispositio seu pars testamenti declarat alteram in qua minorurget ratio affectionis & sanguinis &c.

Tertiò in idem (unde dicebam resultare speciem claræ probationis,) quoniam in istis descendentiibus Asti & Coltellini, testator ut compendiosè præscriberet eundem ordinem, quem præscripterat in dictis fratribus de Simoninis, eos vocavit cum dictione, *ut supra*, qua de sui natura est repetitiva omnium præcedentium ex relatis apud Buratt. & Aden., decisi. 161., apud Dunozett. decisi. 837. num. 8. & decisi. 853. num. 2. & quotidie.

Et quartò etiam pro una ex conjecturis ponderabam morem seu stylam Bononiensem, ita hujusmodi dispositiones concipiendi, ex iis, qua me edocuerant tres alia Bononienses, de quibus in tribus proximè præcedentibus discursibus.

Denum quoad quartum quæsitum, An scilicet hæc defacta portio relieta descendantibus Ludovici, accresceret nostris descendantibus Augustini in eodem substitutionis gradu vocatis, vel potius tanquam caducata effeta esset libera ad favorem hæredis, advertebam, quod licet ista apud antiquiores sit nimium involuta quæstio, Attamen hodie cessante aliqua circumstantia limitationis inducta, recepta videtur pro regnla opinio substituto favorabilis pro beneficio utrūque accrescendi ex deductis per Bellon. iur. de jure acref. cap. 6. quæst. 21. num. 26. Fusar. quæst. 495. num. 14. & per tot. Gratian. discept. 533. num. 1. cum sequent.

Dubitandi autem rationem præbebat ea consideratio, quod testator divisisset portiones, vocando unum genus descendantium ad dimidiam, & alterum ad alteram ex relatis per Fusar. dicta quæst. 495. num. 1. Verum credebam illam non intrare, cum procedat, quando hæc divisio facta est cum separatis & perfectis orationibus juxta doctrinam Bart. in leg. reconjurati num. 13. ff. de legati 3. quam ceteri sequuntur relati per Bellon. Fusar. & Gratian. ubi supra Rot. dec. 506. par. 4. diu. & infra dise. III. Clarius vero ac extra controversiam, quia in præcedenti dispositione cum dictis fratribus de Simoninis expressa erat voluntas, nedum super jure accrescendi, sed etiam super reciproca, ut bona consolidarentur in ultimo, isti vero successive vocati fuerunt cum eodem ordine compendiosè repetito mediante superiori ponderata dictione, *ut supra*, unde ita advertebam cessare omnem difficultatem; incertum tamen est quid desuper sequutum sit.

## FIRMANA PRIMOGENITURÆ DE IVLIVCCIIS.

PRO

GUIDOBALDO ADAMO,

CVM

JULIO CÆSARE MORICO,

Et cùm Hæredibus.

*Casus varie decisus per Rotam.*

De eadem materia, An vocatis masculis feminis de familia, veniant solum immediati, vel etiam alii per duplex medianum, Et de quibus feminis dispositio intelligenda sit, an filii etiam de familia effectiva vel etiam deputativa & quali.

Ordinato fideicommisso conventionali plures, si tractu temporis in aliquo obriori substitutionum gradu pro die personarum genere aliqua portio vel patres bonorum in eadem unione continuere non possit, an exinde corriat & retorta censeatur conventio in totum; Et quia de hærede, an possit alterare legatum testatore præscriptam, ut pinguis voluntatem impleret, vel preventivam cere in vita id quod sibi injunctum est morte.

SVMMARIVM.

- 1 **F**acti series.
- 2 **R**esolutiones cause.
- 3 **D**istinguantur punici disputati.
- 4 **H**abens facultatem præeligendi, vel nominatio certum genus non potest illud egredi.
- 5 **D**e regula, & limitatione, quando vocati nisi ex feminis veniant solum immediati vel clavis.
- 6 **C**onjectura pro limitatione attendenda sunt varia.
- 7 **D**e conjectura resultante à dictione ex.
- 8 **Q**uod in foro attendatur sufficiencia voluntatis, & non debeat in formulis grammaticalibus revenire.
- 9 **D**e verbo nasci, an importet causam immediatam.
- 10 **D**e conjectura resultante à verbo, seu relatione & de aliis conjecturis pro qualitate immediatam.
- 11 **V**ocatio feminis de familia quod intelligatur de continetiva, non autem de contentiva, & quando facienda.
- 12 **A**n & quando præteritum tempus sit verificandum per personis nascituris, & super dispositionem de ipsius.
- 13 **C**ippus ansit desumendum à patre, vel ab aliis viribus, referuntur opiniones hinc inde.
- 14 **D**e effectu resultante ex dicta quæstione incidente.
- 15 **H**abens facultatem nominandi, vel eligendis, non an id facere possit preventivam in vita.
- 16 **H**eres non potest preventivam ordininem à seipso præscriptum.
- 17 **D**eclaratur conclusio, de qua num. 15. super preventionem in vita.
- 18 **O**bligatus restituere in morte non prohibetur facienda.